absolutam pronunciat perpetuo Inscriptionem praefatam Terrestrem Premysliensem de bitoream in toto et totaliter Cassat, mortificat et annihilat Recognoscens ibi pro Summis praescriptis realem praefatam esse satisfactionem et persolutionem

Hermanowski Przytuskie Roborat

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premysliensibus Generosus Petrus de Grochowce Hermanowski Sanus mente et corpore exemptus a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibus, suis quibusvis propriis et competentibus vadio praesenti vero Castrensi Capitali Premysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attrahens se ac Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse de eque Successoribus suis [illegible] bonis suis generaliter omnibus ac summis pecuniarum quibusvis habitis et habendis inscribit et obligat praesentibus Scriptum certum manuale per se Recognitum in rem et manus Generosae Annae de eadem Grochowce olim Illustris Ioannis Przytuski Consortis relictae Viduae ratione certarum rerum et conditionum in eodem Scripto contentarum de actu et data eiusdem hic Premysliae die hodierna in actu contenta confectum data manu sui Regestis Subscriptum et Sigillatum In omnibus et singulis eiusdem Scripti conditionibus punctis clausulis articulis vadiis ligamentis ac nexibus generaliter universis firmiter tenere complere exequi ac inviolabiliter observare omnibusque et singulis eiusdem Scripti contentis tam in toto quam in parte satisfacere Scriptum praefatum manuale ad Inscriptionem praesentem roboratam et Inscriptionem praesentem roboratam ad praefatum Scriptum vicissim in toto referendo Idque sub vadio Mille florenorum polonicorum per eundem Generosum Hermanowski aut ipsius Successores praefatae Generosae Przytuska sive illius posteris obnoxii completionem Contentorum Scripti praefati ad Solvendum succumbendum Pro quo quidem vadio modo praescripto ad Solvendum succumbito ac reliqua pariter ex Contentis Scripti praefati non completa complendum

Citatus existens memoratus Recognoscens Generosus Petrus Hermanowski sive ipsius posteri Ad instantiam suprascriptae Generosae Annae [illegible] aut illius Successorum Ad officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense Extunc receptum suprascripto quo ad respondendum spectat specialiter semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio stare tenebitur ac respondere vadiumque praefatum tenere Inscriptioni suae satisfacere ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur Se que ac suos Successores ad ea dem omnia obligat Illum primum terminum peremptorium ut et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori, Minorennitate Successorum legatione intra vel extra Regnum Servitio militari ad Munimenta ad Quietem vel alijs quibuscunque dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad Quietationem ultra proximos officij praefati Castrensis Premisliensis terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque Motiones Apellationes ac earum prosecutiones faciendo, Ac praemissa omnia poenis simplicibus vel triplicatis euasionibus suspensionibus fatalijs Iuris praescriptione Terrestri, bello Commotioneque ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec quouis alio modo euadendo Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

6/X Feria Secunda post Festum Sancti Francisci Confessoris proxima Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quinquagesimo Tertio